
226
E 85

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

~~D I 195~~

226 E 85

N Ka. 1574

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Gekocht in auctie Camberlyn (Brussel Olivier febr 1882 No. 783) voor fr 17.

NB op den titel een „ex libris" van den schoolmeester Libertus Holthem (of Hoochem) vervaardigd uit het drukkersmerk van Albertus Pafraed te Deventer 1524 ~~Dit is in houtsnee~~, dezelfde boekenliefhebber had er ook een in koperdruk waarvan een afdruk voorkomt tegen den titel van: Joannis Sulpitii Verulani De quantitate syllabarum etc. Antwerpiae, M. Hillenius 1522.

All.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

In artis componen
dorum verſuum rudimēta mini-
mo labore pueris ediſcendę
Joannis Murmellij
Ruremunden
ſis Tabu
lę



Hoc tantū ſcio quod neſcio.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

¶ Index duodecim tabularum huius libelli.

¶ De literarum diſtributione, Tabula prima
¶ De ſyllabarum diuiſionibus, ſecunda
¶ De primę ſyllabę quantitate cognoſcenda, tertia
¶ De medię ſyllabę quantitate cognoſcenda, quarta
¶ De vltimę ſyllabę quantitate cognoſcenda, quinta
¶ De pedibus metricis, quorum frequentior vſus eſt, ſexta
¶ De verſu hexametro, ſeptima
¶ De verſu pentametro, octaua.
De vitijs nouem in verſu componendo vitandis, nona
¶ De tribus metrorum generibus, quibus tyrunculi primum ſunt exercitandi, decima
¶ Super hexametris et pentametris eleganter claudendis vndecima
¶ De verſus heroici uaria ſpecie, duodecima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

De literarum diſtributione.
Tabula prima

- Literaꝝ apud latinos preter h notã aspirationis viginti duarum
  - Sex ſunt vocales: a, e, i, o, u, y, ex quibus
    - i et u fiunt conſonantes, vt iuui.
    - y ſolis grecis dictionibus, at non omnibus competit, vt hyena
  - Deceẽ et ſex cõſonãtes quaꝝ
    - Septẽ ſunt ſemiuocales: l, m, n, r, ſ, x, z
      - ex q̃bus q̃tuor ſunt liquide: l, m, n, r
      - due duplices cõſonantes: x, z
      - S nec liq̃da, nec duplex eſt.
    - Nouem mute: b, c, d, f, g, k, p, q, t
      - ex quibus f profertur vt ſemiuocalis at poteſtate muta eſt.
      - k ſuperuacua eſt

In primam tabulam adnotatiuncule

Litera eſt vox, que ſcribi poteſt indiuidua. Vocalis eſt, q̃ per ſe vocem facit. Conſonans, que cum vocali ſonat. H nec eſt vocalis, nec cõſonans, ſed aſpirationis nota. Semiuocalis eſt imperfecta vocalis. Muta ẽ, que reſpectu beneſonantium exiguam vocẽ habet. Liquida eſt: que poſt mutam poſita in eadẽ ſyllaba fluit, et quaſi interit, vt Atlas. pris. Tegmeſſa, cycnus. Duplex conſonans eſt, que pro duabus literis ponitur. Sunt autem tres duplices, x. z. et i poſita inter duas vocales in dictione ſimplici vt pax, pro pacs, rex, pro regs, gaza. pro gaſſa, aio, pro aiio

De ſyllabarum diuiſionibus
Tabula ſecunda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Syllabarum	alia breuis, vt deus		
	alia longa: vt sancti		
	alia communis, vt patro		

Syllabarum	alia prima			be
	alia media,		vt	a
	alia vltima			tus

In ſecundam tabulam adnotatiunculę

Syllaba eſt cōprehenſio lrāꝝ cōſequēs ſub vno accētu ⁊ vno ſpū plata.
Monoſyllabę dictiunculę inter vltimas ſyllabas habentur

De primę ſyllabę quantitate cognoſcenda

Tabula tertia

Primę ſyllabę quantitas cognoſcitur modis octo	Poſitione, vt carmen
	Diphthongo, vt aurum
	Prepoſitione, vt ediſco.
	Compoſitione, vt fero, perfero
	Vocali ante vocalem, vt deus
	Deriuatione: vt amabilis ab amo
	Regula, vt laui lotum
	Exemplo, vt Vina parant animos

In tertiam tabulam adnotatiunculę

Poſitione, diphthongo, regula, et exemplo non primę ſolum ſyllabę, ſed etiā medię, cum vltimis cognoſcuntur. Poſitōe ſyllaba ꝓducit. Poſitio fit, quotieſcunqꝫ vocalem conſonantes ſequuntur, vel vna duplex, ſiue in eadem dictione, ſiue in diuerſis, vt doctus, axis, gaza, maior, ille. Ingeniuꝫ quondā fuerat precioſius auro. Tres autem hinc fiunt exceptiones

Prima: Quum breuem natura vocalem muta et liquida ambę in eadem ſyllaba poſitę ſequuntur, ea non neceſſario fit longa, ſed modo naturalem retinens quantitatem corripitur, modo producitur, vt pater natura primam breuem habet. Maro Eſt mihi nanqꝫ domi pater, eſt iniuſta nouerca. Obliqui vero caſus eius ob mutam cum liquida primam communem habent. Idem Albaniqꝫ patres. Ideꝫ Hac celebrata tenus ſancto certamine patri Secūda, x et z non producunt vocalem breuem in fine pręcedentis dictionis poſitam. Lucanus Tales fama canit tumidū ſuper equora Xerxem: Vergilius Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthos. Tertia exceptio, S. nonnunqꝫ euaneſcit, ita vt poſitioneꝫ non faciat, tum in fine Lucretius Arboribus veteres decidere falcibꝰ ramos, quod nobis imitandum non eſt, tum in principio Horatiꝰ Linquimus inſani ridentes premia ſcribę

Diphthongus eſt connexio duarum vocalium in eadem ſyllaba vim.

aam retinētium. Hac autem ſyllaba quęuis producitur, niſi in latina dictione vocalis ſubſequatur. Varo Stripitabus duris agitur ſudibus ue preuſtis. Diphthongi ſunt quatuor apud latinos, vt ętas, aurę euge, fœlix. Additur a nonnullis quinta, vt fonteis pro fontes. Utimur et diphthongo grecorꝫ impropria yi, vt harpyia·

Prepoſitio in compoſitione ſuam retinet quantitatem, niſi poſitio fiat aut vocalem vocalis ſequatur, vt abduco, deamo

Hę prepoſitiones corripiuntur:

- ab, vt abeo.
- ad, vt aduro.
- in, vt ineo
- ob, vt obambulo
- per, vt pereo
- re, vt repono, pręter reijcio, et refert pro intereſt, vl' diſtat, quod compoſituꝫ dicitur ex nomine res et fert
- ſub, vt ſuborio
- ſuper, vt ſuperaddo

Hę prępoſitiones producuntur:

- a, vt amitto, aperio corripit a, ſed hoc aiunt compoſitum ex ad et pario
- de, vt deduco
- di, vt diligo. Excipiunt dirimo et diſertus
- e, vt egero
- prę diphthongon habet: vt prędiues
- ſe, vt ſecubo.

Pro in latinis producitur, vt profero, propono, prodo

Corripitur in multis quę an magis ſint ex procul, vel prope cōpoſita iudicent etymologici:

- pronepos.
- profugo
- profugio.
- profugus profugium
- proficiſcor
- procio
- procello procella
- profanus profano
- profiteor
- profundus
- profeſtus
- profor
- profecto aduerbium,
- proteruus
- propino

Variatur in his
procuro
profundo
propello
propago v̄bo, nā nomē ꝓ vite ꝓducit̄
pro progenie corripitur

Cōpoſitio ꝑme ſyllabe quātitatem tibi indicat hoc mō. Si neſcis quanta ſit ꝑma dictionis ſimplicis, eā cōpone, et accentum perpende, vt potens impotens, clarus, preclarus, ſeco reſeco, ſpiro aſpiro. Si dictio compoſita fuerit tetraſyllaba, fac eā redigas in triſyllabam ſi poteſt hoc fieri vt fodio perfodio perfodis. Fugio cōfugio confugis ſinio definio definis, munio communio communis.

Vocalis ante vocalē in latinis dictionibus corripitur, vt deus, pius. Excipitur fio, quod vocalez aū vocalem ꝓducit, niſi e et r ſubſequātur, vt fierem fieri. Ohe primam cōmunez habz Martialis libro iiij. Ohe iam ſatis eſt ohe libelle. Sunt qui idem de aha et vaha opinent̄. Aer et dius ex grecis ſunt αηρ Διοσ, et ꝓducunt̄. Caius cum ſit triſyllabum, et Cai diſyllabum ꝓducunt a aū i vocalem factā ex ꝯſonāte.

Deriuatiua dcō ſi literatura nō mutetur, plerūqꝫ retinet quātitatez primitiue, vt amabilis ꝑmam corripit, ſicut amo. clamor ꝑmam ꝓducit ſicut clamo. Si literatura nō mutetur diximus ideo, qꝫ ſi vocalem nō ſequat̄ eadem litera in deriuatiua, q̄ ſequebat̄ in ꝑmitiua, nō eſt mirandum mutari quātitatem, vt mobilis et momentum primam producunt, que in moueo corripitur. Sciēdum autem eſt preterita ⁊ ſupina ſepe diſcrepare a quantitate verbi principalis, vt moueo primam corripit, ſic et ea que inde deriuantur, ſunt autem ſubiecta.

mouebam
mouebo
moue
moueto
moueam
mouere
mouens
a moueo

item moueor.
mouebar
mouebor
mouetor
mouerer
mouear
moueri mouendus et ſi qua ſunt alia

Moui autem cum ſit preteritum diſyllabum primam producit, ſic et ab eo deducta, vt hec

moueram
mouiſſem
mouerim
mouero
mouiſſe
a moui.

Motum itidem ſupinum diſyllabuz primam lōgam habet cū ſuis

quę ſunt hęc, et ſi qua ſunt reliqua

Motus a um
moturus
motor
motrix
motio
motus tus ui.
motiuus.

a motum

Hęc et quędam alia a primitiuis breuibus producuntur

vox vocis a voco	lex legis a lego	ſedes a ſedeo.
regula ⁊ rex regꝭ a rego	tegula a tego	laterna a lateo
vomer a vomo	vena a venio	petus a peto
remus a remeo	rapum a rapio	vires a vireo
vitupero a vitiū ⁊ paro	macero a macer	ceritus a cerere
pedor a pede	iugerum a iugo	gradiuus a gradu
feralis a ferendo vel fera		

Hęc et quędam alia a primitiuis longis corripiuntur

dux ducis a duco	dicax, maledicus, cauſidicus a dico
arena et ariſta ab areo	lucerna a luceo
Manus a mano	ſopor a ſopio
vadum a vado	noto a notu
nato a natu	ſtatus a ſupino ſtatu
ſagax a ſagio	item ſtatus a um ab eodem
acerbus ab adiectiuo acer	ſiquidem a ſi et quidem
lotium a lotu	vitium a vito fatuus a fatu

¶ Regulę quinqꝫ dantur ad primam ſyllabam cognoſcendā

Prima, Omne pręteritū diſyllabuꝫ ꝑmā ꝓducit, vt vidi, feci, legi, ſuaſi, iuui, egi

Excipiuntur ſex:
bibi a bibo
fidi a findo
ſteti a ſto
dedi a do
ſcidi a ſcindo
tuli a fero.

¶ Secunda Omne pręteritum geminans principium primaꝫ corripit, vt momordi, totondi, fefelli, pepuli

¶ Tertia. Cęteroꝝ pręteritorum tāta eſt prima, quanta pręſentis, vt amaui primam corripit ſicut amo, clamaui primā ꝓducit ſicut clamo,

Excipiuntur quatuor:
coegi a cogo
genui a gigno.
poſui a pono
potui a poſſum.

¶ Quarta. Om̄e ſupinuꝫ diſyllabū ꝑmā ꝓducit, vt potū, riſuꝫ motū luſuꝫ, eſuꝫ, raſuꝫ, ſtatū, tā etſi q̄dam ꝯtra Priſciani ſn̄iam male credans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

hoc primã corripe, q̃d arguunt ꝯpoſita ꝯſtatũ, pſtatuz mediã pducē-
citum a cieo ſecunde coniugatõis (tia

Excipiunt nouem
- datum a do
- itum ab eo
- litum a lino
- quitum a queo
- ratum a reor
- rutum a ruo
- ſatum a ſero.
- ſitum a ſino

Quinta regula. Bi et tri in cõpoſitiõe corripiunt, vt biceps: bidẽs biuium, triceps, tricorpor, tricuſpis, tridens, triuium

Exemplo cognoſcitur quãtitas, quoties ad probati poetę confugimus auctoritatem, vt ſi dubites quãta ſit prima in Saturno, poteris ex illo Naſonis fieri certior. Poſtquaz Saturno tenebroſa in tartara miſſo. Poetas tibi recenſemus imitandos potiſſimum, qui nec ſunt nimis vetuſti, nec poſt exactas Italia muſas exorti, pręter eos qui diuino prediti ingenio, et ſingulari eruditiõe nobilitati proximę videntur ad antiquos, eoſq; probatiſſimos accedere.

Ex heroicis maxime ſunt imitandi
- Vergilius
- Lucanus
- Papinius
- Silius Italicus.
- Valerius Flaccus
- Claudianus.
- His addo ex recentioribus
- Angelum Politianum
- Baptiſtam Mantuanum et
- Franciſcum Picum, quor medius ſua ſepi' vſus eſt licentia
- Licet his etiã adiungere Iouianuz Põtanũ

Tragicor qui latine ſcripſerunt, ſolus extat Seneca tum ſententiarũ grauitate, tum carminum varietate iucunditateq; legi digniſſimus

Ex elegiographis
- Albius Tibullus
- Aurelius Propertius
- Ouidius
- et inter iuniores famigerati
- Fauſtus Andrelinus
- Lodouicus Bigus
- Pamphilus Saxus et alij permulti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Ex Lyricis
- Horatius.
- Catullus
- Boethius.
- Prudentius
- Marullus
- Pontanus
- Crinitus.
- Philelſus et reliqui.

Ex Satyrographis
- Horatius,
- Perſius,
- Iuuenalis.

Ex Epigrãmatographis
- Catullus
- Martialis
- Auſonius
- Proſper
- Baptiſta Mantuanus
- Pamphilus Saxus,
- Pontanus, et cęteri

Ex bucolicis.
- Vergilius
- Calphurnius
- Nemeſianus
- Petrarcha
- Boccatius
- Baptiſta Mantuanus
- Fauſtus
- Geraldinus

De medię ſyllabę quantitate cognoſcenda

Tabula quarta.

Media ſyllaba q̃nta ſit modis octo cognoſcitur
- Poſitione, vt amantes.
- Diphthongo, vt longęuus
- Accentu
  - Producto, vt fortuna
  - Correpto, vt tabula
- Diminutione, vt amicorum, amicus
- Vocali ante vocalem, vt filius
- Deriuatione, vt fœlicior a fœlici ſimulacrũ a ſimulatu.
- Regula, vt omnipotens.
- Exemplo, vt Caſtaneaſq; nuces Phœbe ſaluber ades.

In quartam tabulam adnotatiuncule

Accẽtu cognoſcitur penultima ſyllaba, quę ſi vel acuitur, vel circumflecti-

tur, longa eſt, vt doctiores, romanus: ſi aūt grauatur, breuis, vt dominus:
Excipiunt deinde, exinde, perinde, pinde, ſubinde, exaduerſum, aliquan-
do, ſiqñ, nimirꝫ, dumtaxat, enimuero, et id genus reliqua, in q̇bus (vt grā-
maticoꝝ pleriſqꝫ, ꝗſqꝫ non paruę auctoritatis viſuꝫ ē) anpenultima acui-
tur: tametſi lōga ſit penultima, ne ſcilicet binę dictiones videantur. Ad-
dunt quidā ex auctoritate Gellij quieſco, quod ſane permulti pronunciāt
ſicut caleſco, calefacis, frigefacis, et id genus alia, item vtraqꝫ et plęraqꝫ no
minatiui et accuſatiui caſus breuem penultimam acuunt

¶ Diminutione media ſyllaba cognoſcit, maxime anpenultiā, cuꝫ detra-
cta ſyllaba, fit penultima, et ſic innoteſcit accentu, vt amicorum producit
antepenultimam, cum amicus producat penultimam

¶ Vocalis ante vocalem in latinis corripitur, vt filius, tenuis: caſtanea
Hinc fiunt quattuor exceptiōes ¶ Prima. In genitiuis et datiuis q̇ntę
declinationis inter duo e pducit vt diei ¶ Scda. Genitiui in ius diui-
ſas ſyllabas communem hñt penultimaꝫ in verſu, vt viuius, illius. Sed
alius ſemper longā, alterius, pręterqꝫ apud Terentianuꝫ, ſp breueꝫ habet

¶ Tertia, Aulai, terrai, pictai, animai, et id gen⁹ gti penultimā pducūt:

¶ Quarta, Poſſeſſiua in eius eia, eium anpenultimam longam hñt, vt
Priameius. Aeneius, cybelei⁹. Rhodopei⁹ Item confio, defio, et defio-
culus apud Martialem (vt quibuſdā placet) vocalem an vocalem pro-
ducunt Sic Pompei et vultei vocatiui qñ dierẽſim admittunt. Infio
et ſuffio (vt tradit Aldus Manutius) mediam corripiunt

¶ Deriuatione cognoſcitur media ſyllaba, ſi quāta ſit in pmitiuo, cōſide-
raueris Nam ſi neſcias cto in Victorinus quanta ſit, item ſti in Iuſtinia-
nus, cognoſces ex Victoris et Iuſtin⁹ primitiuis, in quibus cto ⁊ ſti pro-
ducuntur. Eodem modo ſi neſcias venereus ⁊ hectoreus quantam habe-
ant antepenultimam, cognoſces ex veneris et hectoris primitiuis, in qui-
bus ne et cto corripiuntur, quod accentus facile oſtendit

¶ Iteꝫ hęc anpenultimā lōgaꝫ hñt
Amabilis ab amatum.
Delebilis a deletum
Volubilis a volutum
Errabundus ab erratum.
Vagabundus a vagatum
Sitibundus a ſititum.

Hęc penultimam
Lauacrum a lauatum.
Simulacrum a ſimulatu
Ambulacrum ab ambulatum.
Inuolucrum ab inuolutum.
Volutabrum a volutatum

tametſi licenter hoc multi antepenultima correpta protulerint.
Verecundus a vereris.
Aratrum candelabrum et delubꝝ. Manutius et alij quidaꝫ putant pe-
nultimam producere, quia apud poetas nunqꝫ leguntur penultima bre-
ui. Aratruꝫ tamen quidam putant corripere penultimam quia gręci TO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

ΑΡΟ ΤΡΟΝ, o paruo ſcribitur. Alij deductum a ſupino volunt, ideoqꝫ a-
pud poetas ſemper legi penultima lōga. Hinc Sulpitius in Neſtorē
Uis aratrum Neſtor, non vis (quo dignus) aratrum
Eſſe arator qui vis, vetus arator eris
Candelabꝝ (tāetſi producat eā Martiali ratiōe mutę cum liquida) meo
tñ iudicio penultimam correptam habet, cum non deriuetur a ſupino, vt
volutabꝝ, ſed a nomine candela, cuius vltima breuis eſt, niſi ſit ablatiuꝰ ca-
ſus. Sed quam frigida ſit hęc ratio, docent ſtatuarius a ſtatua, molaris
a mola, gallinaceus a gallina. Liberum igitur ſit ſuper hoc volentibꝰ opi-
nari. Delubrum apud poetas fere producitur, de cuius vocabuli origine
vide Macrobium libro ſaturnalium tertio. At ſi verum eſt quod Feſtus
Pōpeius tradidit, delubꝝ dicebāt fuſtē delibratū, hoc eſt decoriatum,
quem venerabantur pro deo, recte mediam eius vocabuli cōtraxit Trinitꝰ
libro poematū ij. Sacris receptꝰ delubris. Eſt enī verſus dimeter iam-
bicus.
¶ Regulis pluribus medię ſyllabę cognoſci poſſunt, ſed ſi a la-
tino pręceptore recte didiceris, et nomina declinare et verba ſuper eorum
crementis, et penultimarum, vel extenſione, vel contractione, nunc tibi re-
gulas tradere ſuperfluum eſt. Proinde da operā, vt in ludo literario ſub
optimis pręceptoribꝰ bñ inſtituto, puro ſermonę Romę vrbis vernaculo
inſueſcas, ne ſtulte magiſtris militans ſub barbaris, linguam tenellā pol-
luas ſtribiligine. His igitur hac regula cōtentꝰ, ¶ I in compoſitione ita
medium, vt priorem partium cōponentium terminet, corripitur vt agri-
cola, enſifer, magnificus, artifex, multiuolus, omnipotens.

Excipiuntur hęc in quibus i producitur.

Tanticunqꝫ Tantidem
Quanticunqꝫ
Qualiacunqꝫ.
Unicuiqꝫ, cuiuis, cuilibet, cuidam
Utriqꝫ, cuiquā, cuinā, cuipiā, et ſimilia
Pleriqꝫ.
Tibicen
Ibidem
Ubiqꝫ.

¶ In his autem modo producitur, modo corripitur.

Ubicunqꝫ.
Quotidie.
Quotidianus
Meridies
Meridior
Pridie
Poſtridie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

¶ De vltime ſyllabe quantitate cognoſcenda, Tabula quinta

Vltia ſylba q̄tuor modis cognoſcit.
- Poſitione, vt ſapiens.
- Diphthongo, vt muſe
- Regula, vt ama.
- Exemplo, vt huc ades o formoſe puer

¶ In quintam tabulam adnotatiuncule

Vndecim regulis vltia ſylla cognoſcit quarum octo ꝓducūt, ſex corripiunt, (vna fit cōmunis

Producuntur
- a, vt ama
- c, vt dic
- i, vt magiſtri.
- n, vt titan, en, quin, canon
- as. vt ciuitas
- es: vt dies
- os, vt flos.
- u: vt manu

Corripiuntur
- b, d, m, t, vt ab, ad, militum caput
- e, vt mare
- l, vt animal, mel, pugil, conſul
- r, vt ceſar, per, vir: amor, turtur
- is, vt ignis
- us, vt deus

O modo producitur, modo corripitur, vt amo, virgo. Nec quo facilius memorie commendentur, hoc diſtichon appoſui

¶ Produc da, ſic, mi, pan, en, quin, non pietas, res
Flos, fructu, medium eſt o, cetera contrahe lector

Verum ſingulatim hec repetamus, vt exceptiones innoteſcant

¶ Prima r̄gula A finita producunt, vt ama. ꝯtra. ꝑterea, a poeta muſa.

Tres hinc fiunt exceptiones
- Prima, Nti, accuſatiui, et vti in a corripiuntur vt hic et o poeta, templa, carmina, ꝑter vocatiuos nominatiuis grecis in as, vt o Aenea, ⁊ greca in a productum, vt Nemea Tegea
- Sc̄da. Numeralia in ginta cōem hn̄t vltimam vt triginta, q̄draginta, q̄ tradūt quidā recti⁹ produci (untur.
- Tertia. Puta aduerbiū, ita. quia corripi (untur. Addunt quidam eia Probo auctore

¶ Secunda regula. C finita producuntur, vt dic, duc, halec, illuc, iſtuc.

Exceptiones due
- Prima. Nec, donec, lac, et hoc nominatiui vel accuſatiui caſus corripiuntur
- Secunda, fac, et hic pronomē cōmunia ſunt

¶ Tertia regula. I finita producuntur, vt dei, amari, dixi, veſperi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Exceptiones tres,

Prima, Dtĩ et vocatiui in i, quoꝛuȝ gtũs ſingularis in os correptam apud gręcos deſinit, coꝛripiuntur. huic Palladi, Minoidi, o Phylli, Alexi. Interdũ tamen eiuſmõi datiui legunt̃ vltima lõga. Secũda Niſi et quaſi coꝛripiuntur. Tertia Mihi. tibi. ſibi. cui diſyllabum, vbi et ibi vltimam cõmunem hñt. Moly deſinens in ypſilon coꝛripit vltimam

Quarta regula. N finita producuntur, vt Titan, hymen, en. quin delphin, dęmon. canon

Exceptiones tres

Prima, Forſan. foꝛſitã. tñ. attamẽ. in cuȝ cõpoſitis vt dein. exin. proin. viden. an. coꝛripiuntur. Secunda. Neutra ꝛ maſculina latina in en haben- tia inis in gtõ coꝛripiuntur, vt nomen. carmen. gra- men. pecten. tubicen. flamen. Tertia, Nominati- ui. accuſatiui. et vocatiui gręci in on per o paruuȝ, vt pelion. ilion. pylon. cantharon. coꝛripiuntur. Item accuſatiui in in, vt Alexin, Daphnin. Et in an a no- minatiuis in a, vt Iphigenan. Aeginan. Nã a no- minatiuis in as producunt̃, vt Aenean boꝛean

Quinta r̃gula, As finita producuntur, vt ciuitas, muſas. amas,

Exceptiões duę

Prima Nominatiui in as, quoꝝ gtũs in dos deſi- nit, coꝛripiuntur, vt Pallas, lampas, arcas Secunda. Accuſatiui gręci in as coꝛum nominum quę per os mittunt gtm̃, coꝛripiuntur, vt Ionas heroas, garamantas, rhetoꝛas

Sexta regula. Es finita producunt̃, vt vulpes, fraudes, doces, leges,

Exceptiones tres

Prima, Coꝛripiẽtia penultiaȝ gti creſcẽ- Caudies tis coꝛripiunt̃, vt diues, miles, ſeges, pręt̃ aries, pari- es. abies, ceres, fides. res. pes et ſpes que ꝓducuntur Secunda. Nominatiui gręci plurales in es coꝛri- piuntur, vt arcades, thꝛaces Tertia, es a ſum cum compoſitis, potes, ades, et reli- quis, penes, hippomanes, cacoethes coꝛripiuntur Es vero ab edo producitur differentię cauſa Inquies Probus et Priſcianus dicunt coꝛripi. Sunt qui produci magis autumant,

Septima regula. Os finita producuntur, vt dos, honos, magiſtros.

Exceptiões duę

Prima. os oſſis cum compoſito exos coꝛripitur Secũda. Gręca in os p̃ o puuȝ coꝛripiunt̃, vt Delos ilios, chaos. Pallados, Oꝛpheos, tereos, ęneidos.

¶ Octaua, Vl finita producuntur, vt fluctu, manu: tu, diu, amatu, dictu
Excipiuntur (vt grammaticis placet) neutra, quę corripiunt̄ in nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo, vt genu. cornu

¶ Nona regula, b. d. m. t. finita corripiuntur, vt ab ad. militum caput
Excipiunt̄ in quib⁹ facta eſt ſyncopa, vt fumat, ꝑ fumauit, obit, ꝑ obiuit.

¶ Decima regula. E finita corripiuntur, vt cubile. mille. forte. ſcribere lege. pene. rite. facile. pone. impune

Exceptiones quinqꝫ.

- Prima. Greca in e longuꝫ ꝓducuntur, vt muſice. o Anchiſe. mele. cete. tempe
- Secunda, Genitiui: datiui, et ablatiui q̄nte declinationis producuntur, vt die. fide. fame.
- Tertia, Imperatiua ſingularia ſecunde cōiugationis producuntur, vt doce. mane.
- Quarta. Monoſylla, vt me. te: ſe. de. ꝓducunt̄ preter encliticas cōiunctiones ne. que. ue
- Quita, Aduerbia in e rec̄ formata a ꝺtō in o ꝓducunt̄, vt belle pulchre. caute. ſic valde, fere ⁊ ferme. his addit̄ ohe interiectio Male ꝟo corripit̄,

¶ Undecima regula, l finita corripiūt̄, vt tribunal. mel. vigil. conſul (ſicut bene.

Exceptiōes due

- Prima. pol. ſol. et nil producuntur.
- Scd̄a, Barbara in el ſyllabam producuntur, Michael. Daniel,

¶ Duodecima regula. R finita corripiuntur, vt lacunar. imber. vir. calor. murmur.

Exceptiōes tres

- Prima, far. lar. nar. ver. cur. fur. par cum cōpoſitis compar impar et reliquis producuntur.
- Secunda, Cor commune eſt
- Tertia, In er a grecis in HP. i. er lōguꝫ ꝓducūt̄. vt aer. crater. character, ether, et id gen⁹ alia, preter pater et mater, quę ſemper vltimam contrahunt, tametſi a grecis veniant

¶ Decima tertia regula. Is finita corripiuntur, vt ignis paris.

Exceptiones ſeptē

- Prima. Dtī, et abltī, et accī pl'es in is ꝓducunt̄, vt dn̄is, muſis. fontis vel fonteis more veterum pro fontes, tris pro tres, quis pro quibus
- Secunda. Producentia penultimaꝫ creſcētis gtī producuntur. vt lis. ſamnis. delphis. dis
- Tertia. In is a grecis in ει σ diphthōgon producuntur, vt pyrois. Simois
- Quarta, vis nomen, vis ꝟbum et ſis ꝓducunt̄.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Quinta. Secūde perſone ſingulares in is quarte
coiugationis producuntur, vt audis dormis,
Sexta, Velis cū cōpoſitꝭ malis, & nolis pducūt
Septima, Secūde pſone pres futuri ſubiunctiui
modi, hn̄t vltimā communē, vt dederis, audieris

Decima quarta, Vs finita corripiuntur, vt deus, angelus

Exceptiones quatuor
Prima, Gti ſres, et nti, et acci, vocatiuiq[ue] pl'es q̄rte
declinationis producuntur, vt fructus,
Secunda, Producētia penultimā genitiui creſcē-
tis pducunt, vt virtꝰ virtutis, tellus telluris, tāetſi
licenter Horatius palus contraxerit
Tertia, Monoſylla in us pducunt, vt ius. tus. plꝰ
Quarta, Greca ī us pducūt, vt pā⸗ (mus, grꝰ, ſus
thꝰ, ſapphus, amathus. Apus tn̄ compoſita etiam
corripiuntur, vt apud Horatium polypus

Decima quinta regula, O finita, et corripi. et pduci poſſunt, vt amo,
ſcribo, amando, virgo

Exceptiones quinq[ue]
Prima, Dti & ablti in o pducunt, vt mgr̄o, templo
Scda, Monoſyllaba in o pducunt, vt do, ſto, pro,
Tertia, Greca ī ω magnū pducunt, vt Dido Mā⸗
to, Io, echo, pter ego qd̄ quidā ſemꝑ corripi tradūt,
Quarta, duo et ſcio cum compoſitis corripiuntur
Quinta, Ilico, modo, cito contrahuntur

De pedibus metricis, quoꝝ frequentior vſus eſt Tabula ſexta

Pedū, q̄bus ſepiꝰ vtimur

q̄tuor ſūt diſyllabi
Pyrrhichus duabus breuibus cōſtans. ∪ ∪,
vt pater
Spōdeus duabus longis, — —, vt laudes
Iambus breui et longa. ∪ —. vt dies
Trocheus longa et breui. — ∪ vt mater,

tres triſyllabi
Tribrachus tribꝰ breuibus. ∪ ∪ ∪. vt canite
Anapeſtus duabus breuibus & lōga. ∪ ∪ —,
vt lapides,
Dactylus longa & duabus breuibus — ∪ ∪.
vt carmina,

Duo tetraſyllabi
Procceleumaticꝰ quatuor breuibꝰ. ∪ ∪ ∪ ∪,
vt relegite,
Choriambus longa duabus breuibus et lon-
ga. — ∪ ∪ —. vt omnipotens

In ſextam tabulam adnotatiuncule

Hec eſt metrica cōſtitutio ſyllabaꝝ. Pedes autem dicti ſunt, q[uia] quemad

modum pedibus ingredimur, ita et verſus quibuſdam quaſi pedibꝰ metimur. Ex pedibus in primis ſpondeum et dactylum diſce cognoſcere, q̄ tibi maxime vſui ſunt futuri. Deinde paulatim ad alios perge

De verſu hexametro Tabula ſeptima

Hexameter ꝟſus ſex regiones habet recipit autez dactyluz et ſpōdeum	In prima regione ſecunda tertia quarta	Spondeum vel dactylum
	In quinta ſolum dactylum	
	Sexta, ſolum ſpondeum	

Scanditur hunc in modum

Tityre — ◡◡. tu patu — ◡◡, le recu — ◡◡. bans ſub — —
tegmine — ◡◡. fagi — —.
Syluе — —. ſtrem tenu — ◡◡. i mu — —. ſam medi — ◡◡:
tariſa do ◡◡. auena — —

In ſeptimam tabulam adnotatiuncule

Verſus eſt metrica pedum cōſtitutio. Dicitur autem ꝙ ab eo ad principium ſequentis reuertimur, aut ꝙ tantiſper vertēdus eſt, dum recte conſtituatur. Hexameter, ꝙ ſex regiones, id eſt pedum loca continet, ab ΕΞ quod eſt ſex, et ΜΕΤΡΟΝ menſura metrum. Apud poetas in quinta regione nonnunqꝫ ſpondeus inuenitur, ſed tibi hoc temerario auſu non ē imitandum. Scandi verſus tum dicitur: cum in ſingulos vel binos pedes diſtinguitur. Tibi (ne fallaris) verſus ſunt in ſingulos pedes diſtinguendi, tametſi ſoleant iābici a peritis ſcandi binis pedibus cōiunctis:

De verſu pentametro Tabula octaua

Pentameter q̄nqꝫ regiōes hꝫ, diuidūtur in duo hemiſtichia, quoꝝ vtrūqꝫ duobꝰ pedibus cōſtat et ſemipede.	Prius hemiſtichium conſtat,	duobus dactylis et ſemipede. — ◡◡. — ◡◡. —. duobus ſpondeis et ſemipede. — —: — —. —. dactylo, ſpondeo, ſemipede — ◡◡. — —. — Spondeo, dactylo, ſemipede. — — — ◡◡. —.
	Poſterius conſtat duobus dactylis et ſemipede	— ◡◡. — ◡◡ —.

Scanditur hunc in modum

Sepe ſo — ◡◡. lent au — —. ro —.
multa ſub — ◡◡. eſſe ma — ◡◡. la ◡
Certe — —. plus ani. — ◡◡. mi —.
Debet in — ◡◡. eſſe vi — ◡◡. ris —.

¶ In octauam tabulam adnotatiuncule,

¶ Pentameter verſus dicitur, quia quinque pedum regiones habet, a πεντε, quod eſt quinque, et μετρον metrum. Hemiſtichium dicitur dimidia pars verſus ab ημισυσ. dimidius, et στιχοσ verſus. Semipes eſt pedis pars dimidia, et cum in fine dictionis ſuperat, etiam ceſura dicitur, quia ab ea verſus ceditur, et diuiditur. Ultima cuiuſcumque verſus ſyllaba longa ſit an breuis: nihil refert, Unde bene quidam dixit. Ultima cuiuſque eſt communis ſyllaba verſus

¶ De vitijs nouem in verſu componendo vitando

Tabula nona

Ut rectè carmina conficere diſcas, nouem tibi vitia ſunt diligenter euitanda

- Primum illatinitas, cui ſubijciuntur
  - Barbariſmus, qui fit in dictione
  - Soloeciſmus, qui in oratione
- Secundum, negligentia ſub qua continentur
  - ſuperfluitas,
  - defectio,
- Tertium, ordinis confuſio
- Quartum obſcuritas
- Quintum, quantitatis incuria, que fit bifariam
  - breuem extendendo
  - longam contrahendo
- Sextum hiatus, qui fit bifariam
  - Cum dictione, in vocalem deſinente, ſubſequens a vocali incipit, nec prior vocalis eliditur
  - Cum dictione in m deſinente, ſubſequens a vocali incipit, nec m cum ſua vocali abijcitur
- Septimum, inconcinnitas
- Octauum, nimis frequens licentie vſurpatio
- Nonum, Stulta imitatio quorumlibet verſificatorum.

¶ Complexi ſumus ea his nouem verſibus, vt facilius ediſcas.

¶ Sermonis vitium fuge, dictio ne qua redundet
Aut deſit, rectus ſeruetur in omnibus ordo
Ne ſis obſcurus, ne produc corripienda
Uel contra, ſi vox vocali deſinit aut m
Subdere vocalem ſine perditione prioris
Nolito, verſus omni ſint parte canori
Carmine in exiguo ne ponito plura licenter
Optima queque tibi propone imitanda, fauebit
Pulcher Apollo tibi, fundent ſua dona camene

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

¶ In nonam tabulam adnotatiunculę

Illatinitas et barbaries omīs, vt in orōne pſa, ſic et in carmine diligenter
euitāda ē. Barbariſmꝰ eſt cōtra romani ſermonis legē aut ſcp̄ta, aut pro-
nunciata vitioſa dictio. Solœciſmus eſt inconueniens romano ſermoni
iunctura ꝟborū cōtra regulā artis grāmaticę poſita. Latine a q̇buſdam
ſtribiligo appellat᷑. Negligētia maximope fugiēda eſt in verſibus compo
nendis, ne vel ſuperfluę dictiones admittantur, vel excludātur neceſſarię
Perbelle Bigus Pictorius in quendam iocatur hoc tetraſticho.

Dic mihi, cur ponis toties in carmine, nunc, ſed
  Ipſe, puer, frater, quippe, profecto, rogo:
Scilicet vt magnum poſſis abſoluere verſum:
  O vir pręcipua calliditate vafer

Uitāda q̄z eſt ordinis ꝯfuſio, neq̄z probādū, ſi q̇s adiectiuum a ſuo ſub-
ſtātiuo, ſuppoſitū a ꝟbo, ꝺcōnē rectā a regenti, aduerbiū a verbo nimi
um ſeparauerit. Inepta em̄ eoꝝ q̄ coniungenda ſunt, ſeiunctio lcōris ani-
mū nō iuuat, ſed offendit Obſcuritas itē: et orōnis ambiguitas omni
ſtudio eſt amouēda, itaq̄z ſtudendū breuitati, ne lux vertatur in caliginē
Notans id vitiū Flaccus breuis inquit eſſe laboro. Obſcurus fio
Syllabaꝝ quātitates diligenter obſeruādas, ne grammatici ſuis vtantur
cenſuris, nō neceſſarium eſt ſępius admonere. Hiatus procuratur, euita-
turq̄z duabꝰ figuris, ſynalœpha et ecthlipſi. Synalœpha fit: cum in ſcā-
ſione verſus vocalis in fine dictionis poſita per ſubſequentem vocalē abii-
cit, vt Sera nimis vita eſt craſtina viue hodie. Synalœpha gręce συ-
ναλοιφη latine cōiunctio dr. Uidentur em̄ duę vocales ꝯiungi ⁊ in
vnā coire. Ecthlipſis fit, qn̄ ſequente vocali cōſonans pręcedentis dictio-
nis exp̄mitur cum ſua vocali, vt Mōſtrū horrēdū ingens. Ecthlipſis
gręce ἐκθλιψις. interpretatur eliſio, vel exp̄ſſio, vocalis enim ſucceſſu
m cum ſua vocali elidit᷑. Un̄ quidā. Ecthlipſis necat m, vocalē aufert ſy-
Incōcinnitas dr, cum verſus minꝰ bene ſonat. Id autē mul- naloepha
tis accidit modis, cum eędem vel literę, vl' ſyllabę duriter aſpereq̄z cōcur-
runt: vt Carmina manca canis, Caſus Caſſandra canebat
Gentis periuria gentis O fortunatam natam me conſule Romam
Exercet mentes fraternas grata malis lis
O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti
Machina multa minax minitatur maxima muris
Magnanimę Thebę certamine marte dedere
Inq̄z tuis factis ſęuis et triſtibus dictis
Improbe amor conuerte animi indignantia habenis
Portat equus, criſtaq̄z tegit galea aurea rubra
At grauiora rependit iniquis penſa quis illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Magnanimi Jouis ingratum aſcendere cubile
Nuper quidam doctos cœpit ſcribere verſus
Tu quod promiſti mihi quod mentita inimica es
Cynthia cornu Phœbus ſpicula prelia Mauors

Vitandū inſuper tibi verſiculoꝝ genus eſt, quos leoninos vocant, vt
Aethiopum terras iam feruida torruit eſtas
Vos vocat infernus vos deſerit ordo ſupernus.

Nonnunqꝫ tamen eiuſmodi leguntur apud probatos poetas, vt
J nunc, et verbis virtutem illude ſuperbis
Vir precor vxori, frater ſuccurre ſorori

Ad hec cauendū tibi eſt, ne in paruo poemate nimis crebra non verearis vti licentia. Non enim cōceditur idem rudi, quod erudito, nec tyrunculi eſt tātum ſibi arrogare, quātum militis, vel imꝑatoris diu multūqꝫ exercitati, et iā magna inter militātes auctoritate prediti. Verecundus igitur eſto, et a nimium freq̄ntibus figuris abſtineto. Poſtremo Quintiliani iudicio poetaꝝ optimi et ſtatim et ſemper legēdi ſunt ac imitādi, qui prudēter etiā precipit pueros ꝓtinus optimo preceptori tradendos eſſe, cum in eluendis, que ſemel inſederint vitijs difficultas maxima conſequatur. Proinde nō ſatis prudenter agunt pleriqꝫ, qui ſciolis et ſemidoctis literatoribus filiolos ſuos tradunt imbuendos, apud quos, inepti verſus Alexandri Galli, Faceti, et Alani, et alia pleraqꝫ, que barbariem olent infœlicibus diſcipulis preleguntur. Sunt etiam non minus ſtulti, qui cubicularijs magiſterculis liberos ſuos cōmittunt, qui viginti trigintaue pueris diſſimili preditis ingenio, profectuqꝫ longe diſtantibus eadē prelegunt, et inculcant, nulliꝰ rei perinde ac ſui queſtus habita ratione. Barbaries horum domeſticos intra parietes ogganniens, et in doctiſſimum quemqꝫ impudenter deblacterās quam teneris puerorum linguis noceat, quantumqꝫ mollis eorundem indulgentia bonis moribus officiat, q̇s breui ſermone poſſit explicare.

De tribus metrorum generibus, quibus tyrunculi primum ſunt exercitandi

Tabula decima.

Tria metrorum genera puerorū exercitationi ſunt in primis conducibilia	Adonium conſtans dactylo et ſpōdeo Archilochium dactylicum dimetrum hypercatalectum conſtans duobus dactylis et ſyllaba Partheniacum anapeſticum dimetrū catalecticum conſtans anapeſto vꝉ ſpōdeo, et anapeſto vel ſpondeo, item anapeſto et ſyllaba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

¶ In x. tabulam adnotatiuncule

Aſſueſcant tyrunculi breuioribus verſiculis ꝯponendis: antequã verſus hexametros pentametroſqꝫ aggrediantur, vt ita paulatim gradatimqꝫ in Heliconis altum cacumen euadant. Ut enim mihi liceat poetę verſum prima dictione mutata vſurpare. Cantandi ſtudio paulatiꝫ longius itur

In p̄mis igitur dactylo et ſpondęo cognitis, adonios laudat, cuiuſmodi ſunt illi apud Seuerinum Boethium

Nubibus atris Condita nullum Fundere pn̄t Sydera lumen

Et apud Martianum Capellam Uirgo peritę Precuia ſortis.

Quę potuiſti Scandere cęlum Quē, nos in Charoleis imitati ſumus illo carmine. Optime p̄nceps Dilige toto Pectore doctos. Deinde incipiat Archilochios dactylicos dimetros hypcatalectos modulari, cuiuſmoi apd̄ Horatiũ Arboribuſqꝫ comę: et hi noſtri ſunt q̄s ex tp̄e ſubiecimus.

Dulcia Pieridum
Carmina diſce libens
Artibus ingenuis
Nocte dieqꝫ vaca
Quo tibi perpertuo
Surgat honore decus.

¶ Diſcat item componere miſtis dactylis ꝛ ſpondeis hemiſtichia, cuiuſmodi paſſim lectitãdis poetis occurrunt. Poſtea verſetur in anapeſticis cõcinnandis, Cuius generis apud Boethiuꝫ ſunt

Foelix nimium prior ętas
Contenta fidelibus aruis
Necinerti perdita luxu Et apud Capellam

¶ Caput artibus inclyta virgo
Cui panditur aula tonantis
Merito tibi ſubditur orbis
Rationibus ante repertus Quem imitatus ſum in Charoleijs

¶ Generoſe pericula princeps
Animo ſuperato potenti
Fere fortiter ardua bella

Ubi diligenter his fueris exercitatus, in promptu tbi verſus erunt tum hexametri, tum pentametri. Nam ſi coniunxeris archilochium cũ Partheniaco, hexametrum habebis: vt Moribus ingenuis foelix nimiuꝫ prior ętas Si duo archilochios connexueris, erit pentameter, vt

Dulcia Pieridum carmina diſce libens
Artibus ingenuis nocte dieqꝫ vaca
Quo tibi perpetuo ſurgat honore decus
Si ſubieceris archilochio adonium, fiet verſus Alcmanius dactylicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

tetrameter hypcatalectus, cuius gn̄is eſt apud Boethium libro primo
Cogitur heu ſtolidam cernere terram
Si inter archilochuz ⁊ adoniū ſemipedē et pedē interieceris, fiet hexameter vt
Cogitur heu ſtolidam mortalis cernere terram
O quam glorifica ſacra virgo luce choruſcas
Artibus ingenuis, incumbito nocte dieqꝫ
Rurſus ſi poſt hemiſtichium ſeſquipedez exemeris hexametro, redibit in Alcmanium, vt
Cogitur heu ſtolidam cernere terram
At regina graui ſaucia cura
Tityre tu patulę tegmine fagi

¶ Super hexametris et pentametris eleganter claudendis Tabula decima

Hexameter perbelle deſinit in dictionem { diſyllabam / triſyllabam }

Pentameter in dictionem { diſyllabam / tetraſyllabam / pentaſyllabam }

¶ In vndecimam tabulam adnotatiuncule,

Hexameter verſus canore deſinit in dictionē diſyllabam vel triſyllabam vt Totas ſplendeſcere terras. Gentes frenare ſuperbas. Cauenduz autez eſt, ne in eius fine duę ſint dictiones diſyllabę, vt in illo Incubet et Tyriis, atqꝫ ex ſolido bibat auro. Minus apte deſinit hexameter in tetraſyllabam, pentaſyllabam, aut monoſyllabam dictionem, niſi ſit animalis nomen, vt procumbit humi bos, aut enclitica coniunctio, aut niſi altera monoſyllaba pręcedat, vt Maſuri oppidulo, quod verſu dicere nō eſt. Pentameter deſinit eleganter in diſyllabam dictionem, nec inepte in tetraſyllabam pentaſyllabamue, vt Apud Martialem. Dant opes nullis nūc niſi diuitibus, et Propertiuz. Contractum nullis ante cupidinibꝰ. Caue in fine pentametri ponas triſyllabaz vel monoſyllabam, tāetſi poetę nonnunqꝫ poſuerint. Propertius Et caput impoſitis preſſit amor pedibus. Tibullus. Fecit et antiquis impoſuit laribus, Martialis Sunt hęc trita quidem zoile ſed mea ſunt. Si monoſyllabam pręcedat altera, verſus melius ſonat. Ouidius Pręmia ſi ſtudio conſequar iſta. ſat eſt. In primis autem id laudabile eſt, ſi duo vel tres aut etiam plures hexametri verſus nexu orationis et contextu veluti catena quadam inter ſe connectantur, cuius rei frequentia ſunt apud poetas exempla. Hexameter cum pentametro ſenſum concludat, aut ita ſuſpendat, vt omnino duobus proximis abſoluatur. Nec licet ponere dictionem regentem in pentametro, et rectam in hexametro ſubſequenti, aut contra, tametſi Catullus et alij quidam non ſemper hoc obſeruauerint

De verſus heroici varia ſpecie. Tabula xij.

Verſ⁹ heroici ſpẽs ſunt ſeptẽ ꝛ quadraginta

i. Proprius heroicus		xxv. Affectatus
ij. ornatus heroicus		xxvi. macrocolos
iij. catenoplius		xxvij. Aequiuocus
iiij. periodicus		xxviij. reciprocus in heroicū
v. bucolicus		xxix. reciproc⁹ in ſotadicum
vi. Sapphic⁹	ſpõdaic⁹	xxx. recurrens
vij. iſochron⁹, c⁹ ſpẽs		xxxi. concordans
viij. illibatus	dactilic⁹	xxxij. ſerpentinus
ix. iniugis		xxxiij. leoninus
x. Aequiformis		xxxiiij. hyporythmus
xi. Aequidicus		xxxv. logoides
xij. teres		xxxvi. trachys
xiij. ſonorus		xxxvij. malacoides
xiiij. vocalis		xxxviij. cacophonus
xv. politicus		xxxix. cacoſymphonus
xvi. apattiſmenus		xl. acephalus
xvij. telius		xli. lagarus
xviij. pangrammatus		xlij. myurus
xix. climacotus		xliij. procephalus
xx. emperiobolus		xliiij. encyon
xxi. intercalaris,		xlv. procoelius
xxij. interpoſitus		xlvi. dolichourus,
xxiij. tibicen		xlvij. hypermetrus
xxiiij. correlatiuus		

In xij. tabulam adnotatiuncule

Propus heroic⁹ dicitur, qui in prima regione, quarta, et ſexta ſpondeū recipit, vt Immotamqꝫ coli dedit et contemnere ventos

ij. Ornat⁹ heroicus, q̄ ſine vlla coniunctione quaſcunqꝫ alias orõnis pꝫtes, ita mutuis interſe connexionibus colligat, vt in ſcanſione propria pes nullus niſi nouiſſimus tantum, integrã partẽ orationis includat, atqꝫ ita ſex regionibus ſuis ſpondeum dactylumqꝫ cuſtodiat, vt nunq̄ꝫ dactylus quintam regionem ſuã ſpondeo concedat, ſpondeus vo ſemper poſtrem⁹ dactylum nunq̄ꝫ admittat. In tertia quoqꝫ regione ſpondeus penthimemerim diuidat, vt Oceanum interea ſurgens aurora reliquit

iij. Catenoplius eſt, qui binos habet dactylos, et in eorum medio ac fine ſpondeum, vt Ante fugam ſoboles ſi quis mihi paruulus aula

iiij. Periodicus, qui viciſſim dactylum habet et ſpondeum, vt Troia per vndoſum peteretur claſſibus equor Hectoris armati iugulum traiecit Achilles

v. Bucolicus, qui poſt tres pedes pedem habet in partez orationis ter-
minantem, vt Tityre tu patulę recubans ſub tegmine fagi, aut potius q̄
in quarto loco dactylū ex integra parte orationis hꝫ, vt Nos patrię fines
et dulcia linq̊mus arua. Dulce tibi pinus ſubmurmurat, en tibi paſtor
vi. Sapphicꝰ: qui in p̄ma ⁊ vltima regiōe ſpondeum habet, in reliquis
vero dactylum, vt Pars in fruſta ſecant, veribuſqꝫ trementia figunt.
vij. Iſochronꝰ, q̄ eoſdez pedes a primo ad vltimum vſqꝫ hꝫ, cuiꝰ ſpecies
ſunt duę Spōdaicus, qui ex meris ſpondeis conſtat, vt Ciues rhomani
tunc facti ſunt campani Olli r̄ndet rex albai lōgai. Dactylicus, ex dacty-
lis, vt Sydera pallida diffugiunt face territa luminis
viij. Illibatus, qui non aucta, vel minuta, aut amputata ſyllaba vitia-
tur: ſed integra, et pleniſſima dictione formatur, vt Depreſſo incipiat iam
tum mihi taurus aratro
ix. Iniugis, qui nulla cōiunctionis ſyllaba copulat̄, qui gręce dicit̄ aſyn
detos, vt Tectum auguſtum ingens: centum ſublime columnis.
x. Aequiformis, qui ſimplici figura oſtentat̄, vt Urbe fuit media Lau-
rentis regia Pici,
xi. Aequidicus, qui ſingulis propoſitionibus antithetas ſuppetit dcō-
nes, vt Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur: Albis em̄ nigra op
poſuit, liguſtris autez vacinia attribuit, et cadētibus legēda aſſignauit
xij. Teres, qui volubilem et coherentem continuat dictionem, vt Tor-
ua mimalloneis implentur cornua bombis
xiij. Sonorus, qui crepitat ꝓnunciatōe fragoſa, vt exultantē informat
dictionem, vt At tuba terribili ſonitu procul ęre canoro Increpuit, et
Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum
xiiij. Uocalis: qui per alta ꝓducta locutione, ſonatibus lr̄is vniuerſam
dcōnem illuſtrat, vt, Portus ab acceſſu ventoꝝ immotus et ingens. Ip-
ſe ſed horrificis iuxta ſonat Aetna ruinis, et totus ille locus
xv. Politicus, qui omnis affectus, ac figurę eſt expers, vt O crudelis
Alexi nihil mea carmina curas
xvi. Apartiſmenus, qui totam intra ſe comprehendit ſententiam, vt
O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane
xvij. Telius media producta id eſt abſolutus, qui omnes orationis par
tes complexus eſt, vt Ah me ſi flentem ſuper ęthera mox rapuiſſes Ue ti
bi ſin autem ſub flumina nunc poſuiſſent, Heu ſi tunc flentem hunc rapu
iſſet in ęthera Mauors
xviij. Pangrammatus, qui continet omnes literas, vt Huc zephyre ex-
urgens kurum cum flatibus ęquor
xix. Climacotus, q̄ ꝓcedendo ſyllabas auget: vt Si cupis ornari virtu-
tibus Heliodore. Num turmis pueros cōiungitis auxiliares Cur nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

iuuenes decerpitis orbiculata. Hic et fiſtularis, et anabeλon dicitur
xx. Emperiobolꝰ hn̄s vnū ex decē prędicamentis, vel plura, vt Multī
hoim celeres repetēt iuga trigide viſa. Arbor ſex ſeruos feruore refrigerat
xxi. Intercalaris: qui ſępius interponitur, vt apud Vergiliuꝫ (vſtos
Incipe Męnalios mecum mea tibia verſus
xxij. Interpoſitus, qui ſaluo ſenſu p̄t tolli, vt libro Aeneidos ſecundo
Perſuſus ſanie vittas, atroqꝫ veneno
xxiij. Tibicen: in quo ponitur aliquid ad ſolā metri ſuſtentationem, vt
Aſpectans ſyluam immenſam, et ſic forte precatur.
xxiiij. Correlatiuus, qui correlationes habꝫ, vt Paſtor, arator, eques, pa
ui, colui ſuperaui. Capras, rus: hoſtes, fronde, ligone: manu
xxv. Affectatus, ꝗ ex meris aut ꝟbis, aut noibus conſtat, vt Inſtruit in
ducit, docet, admonet, arguit, vrget. Claſſica, tela,, faces, tormēta tonitrus
xxvi. Macrocolos, ꝗ ex longis dictionibus cōſtat, vt Inlati (claſſes
abilibus conſtantinopolitani Oppreſſauerunt ſollicitudinibus
xxvij. Aequiuocus, cuius vltimę ſyllabę ſimiles ſunt, vt Exercet men
tes fraternas grata malis lis
xxviij. Reciprocꝰ in heroicuꝫ, ꝗ et retrogradꝰ d̄r, vt Muſa mihi cauſas
memora quo numine leſo. Lęſo numine quo memora cauſas mihi muſa.
xxix. Reciprocus in ſotadicum, vt qui a fine ſcanſus ſozadicum trochai
cum facit, vt Ire cupis ſi rus mala vites omina quęſo. Quęſo omina vi
tes mala ſi rus cupis ire
xxx. Recurrens eſt, ꝗ (vt Sidonij ꝟbis vtar) metro ſtāte, neqꝫ literis
loco moti ſvt ab exordio ad terminum ſic a fine relegitur ad ſummum.
Si bene te tua laus taxat ſua laute tenebis, et pentameter ille
Roma tibi ſubito motibus ibit amor
¶ Recurrunt et hi verſus contrario dictionem ordine
Pręcipiti modo quod decurrit tramite flumen
Tempore conſumptum iam cito deficiet
Relege, et eundem ſenſum tenebis
Deficiet cito iam conſumptum tempore flumen
Tramite decurrit q̄d mō pręcipiti Eſt et reciprocꝰ in ſenſuꝫ cōtrariuꝫ, vt
Donet munere mel non fel par candida nobis
Nobis candida par fel non mel munere donet
Philelfus in pium ſecundum
Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium
¶ Conuertitur hunc in modum
Eximium decus hoc fecit te ſcandere rerum
Copia, non virtus, fraus tua, non tua laus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

xxxi. Concordans, vt eſt hoc diſtichon
Et canis, venatur, ſeruat
in ſyluis et omnia
Et lupꝰ nutritur vaſtat
xxxij. Serpentinus huiuſmodi dicitur
Rumpitur inuidia quidam chariſſime Juli
Quod me Roma legit, rumpitur inuidia
Gloria magna deo pulchrum qui condidit orbem
Qui nos ſeruauit, Chriſto ſit gloria magno
Diuitię ſunt huic, cui cordi eſt inclyta virtus
Ingenuis ſtudijs exculto diuitię ſunt
xxxiij. Leoninꝰ, cuiꝰ media ps in eūdez ſonū vltiaz ſecū trahit ſyllam: vt
Vir precor vxori, frater ſuccurre ſorori
xxxiiij. Hyporrythmus, cuiꝰ ſinguli pedes partē orationis termināt, vt
hęc tria ſunt, quę tu mea nunc mihi munera mittis
xxxv. Logoides penultima producta, q̃ proſę ſimilis eſt, hic et ſolutꝰ di-
citur, vt Dono ducite, doq; volentibus cum magnis dijs
xxxvi. Trachys, qui aſpere coeuntibus literis difficulter pronunciatur,
vt Princeps Graiorum Cecrops ferrata refregit.
xxxvij. Malacoides, qui leuis et ęqualis, ac lubricus ad aurez permeat
vt Et qui ceruleum dirimebat Nerea Delphin
xxxviij. Cacophonus, qui crebro coeuntibus vocalibus vaſtum hiatum
reddit, vt Glauco et Panopęę et Inoo Melicertę
xxxix. Cacoſymphonus, qui ijſdem conſonantibus plures incipientes
dictiones habet, vt O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.
xl. Acephalus, qui a breui ſylla incipit, vt Fluuiorum rex Eridanus:
xli. Lagarus, in cuius medio ſyllaba breuis pro longa inuenitur, vt
Muneribus tibi pampineo grauidis autumno.
xlij. Myurus, cuiꝰ penultima breuis eſt, hunc latini appellāt tecaudem
tametſi quidam vocitent ſecaudem, vt Mortem contemnunt laudato
vulnere getę. Dirigite odoriſequos ad certa cubilia canes.
xliij. Procephalus, cuius primus pes plus quam quatuor tpa habet
vt Cornua volutarum ſubuertimus antemnarum.
xliiij. Encyon. i. pregnans et vterꝫ ferens: in cuiꝰ medio redundat ſylla,
q̃ patiatur ſynereſim, vt Dat ſegetes terrę ⁊ dabit aeris gratia ſemper
xlv. Procoelius, quum ſyllaba om̃ino ſupat ſine ſynereſi, vt Marcus
Ludius elotas oriundus Inter ſe coiſſe viros et decernere ferro
xlvi: Dolichourꝰ penultia lōga, cui lōga ſup quā ꝯueniat ē cauda hic et
macroſcelos a quibuſdam dr, vt Aeꝰ erat donis et munere velleris aurei
xlvij. Hypermetrus, qui et hypercatalectus dr, in cuius fine redundat,

ſyll'a, ſine ſynęreſi, vt Sydera pallida diffugiunt face territa luminis Ec
ce furens animis aderat Tirynthius omnem que. Solet autem Maro
ſui hypmetro ſubdē verſuꝫ a vocali incipientē, vt ita precedentis ſyll'a re
dundās elidat. Noīm hoꝝ, q̄ fere gręca ſunt, interpretatiōes, cum hęc pe
gre feſtinabundꝰ libello domi prius incohato adiecerim, prętermiſi, quas
Dei grā diſcipulis viua (vt aiunt) voce libens explicabo.

¶ Joannis Murmellij ad proximum Epigramma pareneticon.

¶ Ut procul hoſtilem poſſis arcere tumultum
 Securoqꝫ pio pectore pace frui
Non ſecus ac fragiles vigili ſtatione feneſtras
 Cuſtodi ſenſus nocte dieqꝫ tuos
Imperioqꝫ animi mutabile ſubijce corpus
 Atqꝫ ſitibundo pectore quęre deum
Mille tibi laqueos paret illecebroſa voluptas
 Occupet vt mentem foeda libido tuam
Delicijs viſum, nares oppugnat, et aures
 Inſidijs linguam, et cętera membra ſubit
Si bene mutatam ſeruarit ſpiritus arcem
 Victor, erit capiti pulchra corona tuo
Sin male pugnanti fuerit dominata libido
 Inijciet foedum mors truculenta iugum

¶ Finis

¶ Eiuſdem ode ſapphica ad grammatices ſtudioſum Dauētrię in ędibꝰ Alberti Paefraed induſtrij typographię magiſtri ex tempore compoſita.

¶ Dum tibi vernat puerilis ętas
Fac puer nullum fugias laborem
Doctus vt fias: nitidiſqꝫ mentem
 Moribus ornes.
Subdito dextram ferulę magiſtri
Frigus et ferto patienter ęſtum
Crapulam peſtem ingenij repelle
 Luxuriamqꝫ
Artium radix nimis eſt amara
Mox erunt fructus tibi dulciores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Sacharo, libo, ſiculoqꝫ melle
Nectare viues.
Laude ducuntur generoſa corda
Per viam celſam, nihil eſt honoris
Deſidi, turpis comitatur omnem
Fama gulonem
Quem ſuis fallax laqueis voluptas
Implicat, perdit, miſer id repente
Quod iuuat, diros retinet diu ſed
Mente dolores.
Seua mors inſtat, Phlegetontis horror
Et citra finem cruciatus ingens
Inter obſcuros latices olentis
Semper auerni.
Arduum rurſus tolerans laborem
Adqꝫ virtutis ſubiens cacumen
Quod dolet, ponit, retinet quod amplos
Dignit honores.
Eſt igum Chriſti leue charitate
Prędito, quę ſola nihil recuſat
Mollis aſſueto tolerabiliſqꝫ
Sarcina dorſo
Surge, quid ſtertis: ſtudio Mineruę
Fac vaces, vt te beneliteratum
Adiuuet clari ſibi militantem
Rector olympi
F I N I S

¶ Excuſum Dauētrię in officina literatoria Alberti Paef-
raed. Anno redemptionis noſtrę M.D.xviij.
Menſe Julio

Albertus Hortham . 1523.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 85